



1718

- 1^a.^b Baer, Isaac Israels : De fons consolatiorum
temporari . t7 2 Sept 1718 i 1752 .
2. Berli , Petrus : De primis nubilorum velu or
Mothen . Bredt 2 Sept .
3. Burck , Dr . Randolph : De juri incertitudine
4. Feuerlein , Doctor Wilhelm : De obligatione factorem
metu iniusto extortorum
5. Fichtnerus , Drs Gengius : De jure prehei
- 6^a.^b Gerhard , Ephraim : De regula juri Germanie
knef zehn von Middel . 2 Sept . 1718 i 1725 .
- 7^a.^b Hilbrecht , Henricus : De equo regulari et
ad alia somnia destinata aliue de rebus equitatis
et fons . 2 Sept . 1718 i 173 1/2 1749

8. Hoffmann, Cenius Marcellus : De sole recep-
titia occasione 13152 d. m. c. Donat

9^a 26 Rinck, Eucharius Gellius : De specie Sororii
fonte jux. Sax. communis velgo omni lachry-
migel. 2 Sept. 1716 : 1725

10. Höcker, Lazarus Corvinus : De primitiis ordo.
nij et paucitatis.

G. 5.6 num. 38.
7
236

J. J. 1718.5

DISSERTATIO JVRIDICA
DE
JVSTITIA PRETII,

QVAM

PRAESENTE

**DOMINO JOH. GEORGIO
FICHTNERO,**

JCTO,

ILLVSTRIS REIPVBL. NORIC. CONSILIARIO,
PANDECT. PROF. PVBL. NEC NON FACVLT.

JVRID. H. T. DECANO,

DN. PATRONO ET PRAECEPTORE SVO
AETATEM DEVENERANDO,

IN

ORDINE CIRCVLARI

AD D. DECEMBR. A. R. S. cl 15 cc XVIII.

PVBLICAE DISQVISITIONI

SVBIIICIT


AVTOR RESPONSVRVS

FRANCISCVS BERNHARDVS Panzer /
SVLZBACO-PALATINV.

ALTDORFII NORIC.

LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERL.







§. I.

Si quis generali exceperit intellectu Dogma
illud, quod Juri Interpretibus est vulga-
tissimum: Licere scil. in contractu em-
tionis & venditionis contrahentibus na-
turaliter se invicem circumscribere &
circumvenire l. 16. §. pen. ff. de Minor.
l. 22. §. ult. ff. Locati. l. 8. C. de rescind. vend. l. 3. pr. ff. ad
L. Falcidiam. Sane verendum est, ne is magno se involvat
errore & graviter impingat in monitum D. Apostoli Pauli:
Ne quis circumveniat in negotio fratrem suum, quo-
niam vindicta est Dominus de his omnibus, ad **Theffal.**
c. 4. v. 6. Item Injusti, veluti qui damnum inferunt
fratribus, Regni Dei haereditatem non consequentur.
I. Corinth. 6. v. 8. & 9. cum quo convenit istud **Levit.**:
Quando vendes quidpiam civi tuo vel emes ab eo, non
contristes fratrem tuum, cap. 25. v. 14. Nec etiam Jus
nostrum (quod est ars boni & aequi definiente JCto Celso
in l. 1. pr. ff. de **Just.** & **Jure.**) dolum fraudemque in con-
tractibus admittit, quin potius nil quicquam magis,
quam dolum & malevolam deceptionem aversatur, l. 3.
§. ult. ff. pro socio. l. 7. pr. ff. de dolo malo. l. 36. ff. de **Verb.**
Obl. ed quod contrariatur Juris nostri precepto, quod
alterum laedere prohibet §. 3. Inst. de **Just.** & **Jure.** l. 10.
§. 1. ff. eod. & non solum contra Justitiam communitati-

wam, quae aequitatem, in re & pretio exigit, docente Aristotele Lib. 5. Eth. c. 5. & 1. Polit. cap. 6. sed etiam contra ipsam naturam est, quenquam cum alterius damno & jactura fieri locupletiorem. l. 14. ff. de Condit. Ind. l. 6. in fin. ff. de Jure dot. l. 206. ff. de Reg. Jur. c. 48. de R. J. in 6.

g. II.

His jam praelibatis per se satis apparet, quod ista circumveniendi licentia, nequaquam ex Jure (quod semper bonum & aequum est, semperque in contractibus, exclusâ omni circumscriptione dolosâ, aequalitatis normam exigit,) profitiscatur, adeoque praedictum Dogma, non ita nude & crude, sed fano sensu, & quidem liciti recte B. Lauterb. interpretatur, ita accipiendum sit: In pretio vulgari emtionis & venditionis naturaliter (hoc est, non jure naturae, cuius est iustitia commutativa, quae exigit aequalitatem secundum proportionem arithmeticam, in ipsa rei veritate, l. 49. ff. de solut. sed jure Gentium, seu moribus commerciorum, rerum, & hominum natura & conditione non aliter ferente, vid. Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 12. n. 26. Dinner. in tract. de just. rer. pret. defin. quaest. 1. Lugo de J. & J. Disp. 26. sect. 6. n. 82.) licere (h. e. vel conniventibus oculis permitti, eo sensu, quo Concubinatus extra legis poenam & licita confuetudo dicitur, l. 3. §. 1. ff. de Concub. l. 5. C. ad SCtum Orfic. can. 4. & 5. disp. 34. sed propterea non datur ius illud omnino licite agendi. vid. Grot. de J. B. & P. l. 1. c. 1. n. 17.) contrahentibus se circumvenire (negotiavit, negotiativè, & sine proposito fallendi, quando venditor ignorans majus statuit, vel sciens quoque, sed non animo decipiendi. Nov. 97. c. 1. l. 8. C. de resc. vend. conf. Franzk. h. t. n. 233. ubi dogma illud de ea circumventione intelligendum esse ait, quae citra dolum. & fraudulentum contrahentium consilium, aut grandem jacturam

ram reipsā & incuriā ipsorum contingit, quae ut licita habeatur, aequitas pariter & ratio naturalis exposcit. Nec siquidem sine contractibus magis humana societas poterit conservari, quam si esum potumque ei subtraxeris. arg. I. 1. ff. de contrah. emt. vend. Ast circumventionem illam si fustuleris, contractuum vigorem, & commerciorum frequentiam ut tollas, adeoque civilem societatem perturbes necesse est. Quotusquisque enim, si exacta ista ac mathematica pretiū aequalitas ita anxie & scrupulosè observanda foret, contractus iniret aut commercia frequentaret? Quis facile rem suam per emtionis & venditionis contractum communicaret, si paulo majori, vel viliori pretio, emtionem protinus rescindendam dices? Hic etenim omnium est animus, vili emere, care vendere: cum emitor quidem vilius comparandi, venditor verò carius distrahendi voto semper tangantur, vid. omnino l. 8. ibi: & quod emitor villore comparandi &c. C. de rescin. vend. Unde & de Jure Canonico contractus, in quo deceptio infra dimidium justi pretiū intervenit, toleratur. cap. 3. X. de emt. vend. Et meritò sanè. Alias namque nulla conventio securitatem praestaret, neque ullius litium finis esset: quod Jura maximè abhorrent, & execrantur, l. 6. ff. de Except. rei judic. l. 4. §. 1. ff. de alienat. jud. mut. caus. fact. l. 21. in f. ff. de reb. cred. l. 1. §. 10. ff. de Nov. oper. nunciat. l. 13. pr. C. de judic. pr. inst. de pœn. tem. litigant.

Caeteroquin si dolus intervenerit, tantum abest, circumventioni contrahentium dari locum, vel negotium subsistere, ut vel ipso jure nullus habeatur contractus, si dolus ei causam dederit. l. 7. §. 1. ff. de dolo malo. Gail. l. 2. obs. 2. n. 6. vel ex eodem contractu decepto succurratur, si dolus saltē intervenerit. l. 11. §. 5. & l. 13.

§. 4. ff. de ab. emt. Quin & dolum in contractu emtio-
 nis venditionis Jura adeo detestantur, ut ob praesumtam
 etiam fraudem, quando scil. emtor vel vendor laesio-
 nem ultra dimidium docere admittit, contractus per
 novum istud, ad emtionem venditionem praecise restrin-
 gendum Remedium l. 2. C. & resc. vend. rescindatur. Pro-
 bant ergo JCti id solummodo lucrum, quod quis cautius
 avidiusque in contrahendo, jure suo captat. Hoc enim,
 ut ut maxime lex circumscriptionem appellat, d. l. 16.
 §. pen. ff. de minorib. attamen non nisi dolus est bonus
 siue solertia quaedam economica, quae à fraude mul-
 tum abest; & si rem exactius perpendamus, dogma istud
 JCtorum, quod circumventionem in contractu emtio-
 nis venditionis admittit, nequaquam ad forum interius
 Juris Divini seu conscientiae (ubi omnis circumventionio
 illicita & peccatum involvere videtur) extendi, sed poti-
 us ad forum exterius Juris civilis, & quidem ita re-
 strungi debet: ut Lex civilis hoc non suadeat, sed quod
 Conscientiis hominum imperare non potest, hoc per-
 mittat, Bachov, ad Tr. V. r. D. 28. tb. 2. l. d.

§. IV.

Quamvis autem de Jure civili ad emptionis & vendi-
 tionis substantiam non requiratur, ut pretium justum sit,
 sed sufficiat, si illud fuerit conventum. l. 38. ff. de C. E. V.
 Attamen ad ejus Justitiam maxime pertinet, ut illud etiam
 sit justum & rei venditae aequale. Qua de causa, ut supra
 dictae in pretio circumscriptioni aliquis modus statuatur,
 per Impp. Dioclet. & Maxim. ad dimidium justi pre-
 tii, illa restricta & cohibita est in l. 2. C. de Rescind.
 Vend. Cum vero non adeo sit expeditum, quodnam pre-
 tium justum sit & dici queat; idcirco nos non perdituros
 operam existimavimus, si thema hoc de Justitia pretii,
 scitu maxime necessarium, disputationis loco elaborare-
 mus,

mus, & publico examini exhiberemus. Simpliciori autem via progressuris nobis visum fuit, primum omnium tradere aliqualem definitionem, quae, quantum fieri potest, sumimam ac naturam rei totius comprehendat. Haec autem ejusmodi esse poterit: Quod Justitia pretii nihil aliud sit, quam legitima proportio, quae est inter mercem seu rem vendendam, & pretium, quo illa aestimatur. Quae descriptio, ut rectius intelligatur, prae noscendum est, justum rei pretium duplex esse, aliud civile, aliud naturale. Civile, de quo prius sumus acturi, est, quod lege, publico decreto per publicam potestatem à Magistratu taxatum & constitutum est. vid. Lauterb. in *Colleg. Theor. Pract. ad tit. ff. de contrah. emt. th. 54. & 55.* ubi dicit, quod quamvis lege perpetua ubique valitura, omnium rerum pretia definiri non possint, (loca siquidem & tempora, multaque aliae circumstantiae varietatem pretii adferunt. l. 63. s. f. ff. ad L. Falcid. l. 3. ff. *Quod cum eo quì in alien. pot.*) Attamen ne pretia, mercatorum atque negotiatorum arbitrio relinquuntur, qui saepe ab initio duplum vel triplum petunt, siveque ne illorum avaritia ac lucrandi cupiditas nimis extollatur, simpliciores vero decipientur, utile & è re Reipublicae esse censeatur, ut pro ratione locorum, temporum, vel aliarum circumstantiarum, Superiorum lege vel decreto, quarundam rerum pretia taxentur & determinentur, maxime vero illarum rerum, quae ad victum & necessarium amictum pertinent, & ad vitam humanam magis sunt necessariae. Major enim necessitas taxandi est in illis rebus, quibus homines in singulos dies indigent, & quarum rerum estimationem differre non possunt, donec pretia decrescant.

f. V.

Haecque eo magis obtainere, Dres. putant, ubi monopolia metuuntur, & pauci sunt, qui vendunt. Nam non facile

facile quisquam dubitaverit, monopolia, quae uni aut
 paucis solis totam alicujus rei vendenda dant potestatem,
 regulariter in Republica esse perniciosa, multumque de-
 trimenti plebeculae communis afferre, quippe ex quibus
 omnium rerum caritas in civitatem & regionem illicd
 erumpit. Herman. Lather. *de Censu Lib. 3. c. 14. n. 11.*
 Nam qui ita se gerunt in negotiatione sua, ut ad privatam
 & singularem venditionem omnia contrahant, tyra-
 nide exercent, privatorum utilitatem intervertendo at-
 que opprimendo. Heresbach *de Republ. Christian. administr.*
cap. 16. de quibus haec profert verba B. Luther. *in tract.*
von Kauf- Handlung und Wucher: Solche Kauff Leute thun
 gerade / als wären die Creaturen und Güter Gottes allein für
 sie geschaffen und gegeben / und als möchten sie dieselben denen
 andern nehmen / und setzen nach ihren Muthwillen ic. Quae
 res causam dedit, ut jam diudum monopolia non solum
 interdicta, sed etiam pragmatica sanctione cohibita fue-
 rint, bonorum sc. confiscatione, & Banno Imperiali,
 veluti Imp. Zeno testatur in *L. ux. C. de Monop.* qua lege
 omnes in Imperio negotiatores, Principes, Proceres,
 Urbes & Universitates tenentur, privilegiis omnibus hac
 parte ferè penitus abrogatis, Rec. Imp. Maximil. I. Imp.
 Colon. *de Anno 1512.* s. Und nachdem etwas grosse Geschäfte.
 Rec. Carol. V. Norimb. *de Anno 1524.* s. Item dieweil durch
 unsern *Instruction &c.* Rec. Spir. *de Anno 1592.* s. Nachdem
 die Monopolien. Rec. Aug. *de Anno 1530.* s. Und nachdem
 etwas / viele grosse Gesellschaft / & *de Anno 1548.* Tit. Die
 Monopolia und schädliche Fürläufse ic. Siquidem monopolia
 contra leges exercentes, omnia tentant, & explorant,
 quibus multitudinis opes ad se contrahant, dum collectis
 pecuniis alios vincunt, alios praeveniunt, alios exaucto
 rerum pretio deterrent ac soli emunt omnia, quae deinceps
 pro suo lubitū soli vendunt quam maximē, ut ex
 Bozero *l. de Stat. illustr. cap. 14.* refert Lather. *d. cap. 14. n. 19.*
s. VI. Quod

§. VI.

Quod autem Princeps vel Magistratus Politicus propter publicam utilitatem & necessitatem, frumenti, vini, cerevisiae, panis, carnis, lupuli, foeni, ligni, vel alterius cuiuscunque rei ad viatum necessariae vendendae, certum & justum pretium (quod contrahentes impune augere nequeunt) constitui possit, prorsus nullum est dubium: quoniam haec tota res, in aequali & justa Principis, alteriusve Magistratus ordinatione consistit, quam semper ed dirigi necessum est, ut publica necessitas, utilitasque commoditatibus privatis etiam jure admissis praferatur. *l. un. §. pen. C. de caduc. tollend.* ibique Bartol. Schurf. *Cent. 2. Consil. 60. num. 9.* Est enim Magistratus officium, omnia ad subditorum utilitatem dirigere. *l. si quis 33. C. de inoff. Testament.* unde valet edictum, vel ordinatio Principis publicam utilitatem respiciens, etiamsi jus aliquod privati tollat. *l. 11. pr. ff. de Evict.* *l. 15. ff. de R. V.* *l. 13. §. 1. ff. comm. Præd.* Cravetta *Consil. 5. n. 4. P. 1.* Decius *Consil. 301. n. 8.* vel etiamsi illa ordinatio tendat contra proprium fiscum. *l. un. §. pen. C. de caduc. tollend.* *l. 10. ff. de Jure Fisci.* Cravetta *Consil. 9. n. 38.* Quodque hoc aequitatis justitiaeque ratio ipsa efflagitet, satis appareat ex textibus Juris, praeprimis ex *l. 1. §. 11. ff. de offic. præf. urb.* ubi Ulpianus ait: Curam omnis carnis, ut justo pretio præbeatur, ad curam præfecturæ pertinere. Eodem facit *l. 2. pr. C. ut nemini liceat in coempt. spec. se excus.* ubi propter famis necessitatem, quispam invitus frumenta sua, justo pretio, indigentibus vendere cogitur. Accedit hic textus in *l. 1. C. de Episcop. audient.* ubi Valentianus & Valens rescribunt: Episcopalis providentiae esse, nemeratores carius, quam par sit, merces suas vendant; est enim servandus modus in pretio, & Magistratus est officii, pauperes adjuvare. Arcadius quoque Ictus meminit

nit de Jure Episcoporum seu Inspectorum, qui praerant pani, & ceteris venalibus rebus, ut sc. justo pretio vendentur. *I. ult. §. 7. vers. Item Episcopij de munere. & honor.* Similiter Arcadius & Honorius Imp. statuerunt, panem fiscalem atque ostiensem uno nummo distrahi, imposta poena etiam illis, qui pro majori pretio supplicare ausi fuissent. *I. un. C. Theod. de Pretio panis ostiensis Lib. 14. tit. 19.* Sic Imp. Honorius & Theodosius premium certum piscibus vendendis imposuerunt. *I. un. C. Theod. de Pretio pisces Lib. 14. tit. 20.* Facit huc porrò nobilissima Constitutio Imp. Friderici *Lib. 2. Feud. tit. 27. §. 4.* ibi: Post natale S. Mariae, unusquisque Comes septem boni testimonii viros sibi deligat, & de qualibet Provincia cum ipsis sagaciter disponat: & quanto pretio secundum qualitatem temporis sit annona vendenda, utiliter provideat. Quicunque contra deliberationem ipsius, intra anni terminum, altius modium & carius vendere praesumpserit, tanquam violator pacis habeatur, & totidem viginti libras Comiti exsolvat, quanti modios five maldios altius vendidisse convictus fuerit.

§. VII.

Quemadmodum ergo hae Leges atque Constitutiones, hanc certi & justi pretii quadam emenda virtualia constituendi potestatem Magistratu*m* non obscure concedunt & indulgent. Hinc etiam quotidiana satis docet experientia, in bene constitutis Rebus publicis, harum rerum pretia publicari sub combinatione mulctae pecuniariae transgressoribus infligendae, & aerario vindicandae, vulgo öffentliche Taxa. vid. Casp. Klock. *de Avar.* lib. 2. cap. 112. num. 1. ibique B. D. Christoph. Peller. in Obs. & Add. cuius verba huc maxime facientia integra transcribere, quam mutilate allegare maluimus: Ut constituto (scribit ille) illo certo pretio, juxta Horatii

lib. 1.

lib. I. Sermon. Satyr. I. verba:

Panis ematur, olus, vini sextarius, adde
Quem humana sibi dolat natura negatis.

Si vero unquam, mehercule tunc hujusmodi certae taxae, a Magistratu constituendae, necessariae omnino sunt, cum valor monetarum mutatur. Sic prudentissimi Reipublicae Norimbergensis Patres, cum Anno 1622. d. 14. Junii per publicum Edictum thaleri valor à florensis X, ad florenos tres atque crucigeros xv. redactus confirmaretur, insimul determinata rerum pretia constituerunt; atque ut verba sonant: Weiln der Zweck dieses Edictes vornehmlich dahin gehet / wie durch solche Verbesserung der Münzen / und Abschaffung der Ringhältigen / auch der übermäßigen unerhörten Theurung / nechst GODES Hülff / in etwas nach Gelegenheit / der schweren Läufften und Zeiten / Raht geschafft / und demnach alle Waaren / Vichtualien und Feils schwaffen / in sonderbahrlichen empfindlichen Abschlag kommen / und gebracht werden mögen / dergestalt / damit insgemein fast jedes ein zwey Drittel / nach Proportion des Münz Falls / und nach Beschaffenheit der Sachen / wofür / als dasjenige / was man durch Missbrauch der Thaler / und deren übermäßigen Steigerung / umb zehn Gulden bishero verkauft / hinsüro um drey Gulden / funfzehn Kreuzer / und also wiederum um einen Thaler erhandelt werden möge: Als haben wir / in Kraft tragenden Oberkeitlichen Amts uns einen gewissen Tax (so weit bey diesen höchst beschwerlichen Kriegs-Läufften/ immer darmit zu diesmal auszulangen gewesen) verglichen / und selbige zu dem End in öffentlichen Druck bringen lassen / damit ein jeder zu selben gelangen / auch im Kaufen und Verkauffen sich darnach eigentlich richten könne: Dann solte jemand solche Ordnung vorsetzlich brechen / oder des Kürkauffs sich freuentlich befleißigen / der selbe soll / er sey gleich Käuffer oder Verkäuffer / das erstemahl

um das doppelte des Preis oder Waaren / das andremal um das drisache gestrafft / und das drittemal / als ein Verächter guter Ordnung / und der Obrigkeit / und einer ernstlichen Leibss/ Straffe belegt werden / &c. &c. Cūm verò ordinationi huic adhuc tamen refractarii minus parerent , certum quoddam officium constitutum , cui executio Decretorum nomine Magistratus Anno 1622. demandata fuit ; Taxa verò ipsa sive certum pretium rerum vendibilium & mercedis operiorum iterum Anno 1623. d. ix. Sept. & dein saepius per publica decreta renovata legitur ; atque hodie adhuc & frumento & carnibus , & cerevisiae , & smegmati , aiiisque rebus pretium justum , antequam vendantur , constitutur , ultra quod nemini vendere , ni poenam incurrere velit , licet.

§. VIII.

Praedicta autem procedunt maxime , si vendentes & ementes subditi ejusdem Magistratus fuerint . Inter illos enim , tempore cumprimis necessitatis , vel exigente publica utilitate , tale justum pretium non immerito constituitur . c. 1. ibique Canonistae ¶ . de Emt. vend. l. 2. §. 2. in fin. ff. de L. Rhod. de jaet. Covarruv. Resol. lib. 3. tom. 2. c. 14. n. 6. per tot. Quod tamen etiam Extranei & forenses , qui res viuctuales ad communem usum hominum necessarias venales exposierunt , cogi possint justo pretio à magistratu taxato vendere , statuit Pfeil. Consil. 190. num. 7. ibi : Des aber unangesehen acht ich für Recht / daß im Fall der Theuerung und Nothdurft eines jeden Landes und Orts Herrschaft/ aus Kraft der Obrigkeit Macht hab / nicht allein ihren Untersassen / sondern auch fremden Leuten / so Getreidich haben / und damit durch ihre Herrschaft handlen wollen / und in demselben begriffen werden / zu gebieten / und sie dahin zu halten / daß sie ihren und ihren Unterthanen zu ihrem Enthalt nicht bedürffen/ umb ein redlich zimlich Geld / welches auch die Herrschaften zu sezen /

576

sezen / verkauffen und zukommen lassen mögen. Nam tempore caritatis & penuriae non tantum pretium aequum statui potest iis , qui res ad victum pertinentes venum habent expositas , verum etiam compelli possunt, ut pretio tolerabili vendant, qui plus habent annonae , quam indigent , alias non vendituri per text. in l. 1. §. 11. & ibi Bart. ff. de offic. Pref. urb. l. 1. ibi notat. Paul. de Cast. C. de Episcop. audient. l. 2. §. 7. ff. de mun. & hon. In necessitate enim nihil cuiquam proprium est, sed omnia communica fanta sunt , quemadmodum not. in l. 2. §. 2. vers. inde inde agitatum. ff. ad L. Rhed. de jaēt. Adeo ut & panem urgente fame subtrahens , à poena furti sit immunis. c. si quis propter necessitatem. X. de furt. Bart. & Bald. in d. vers. inde agitatum ; Facit huc c. discipulos. de consecr. dist. 5. Quin & propter vitam tuam tuorumque conservandam non tantum offendentem sed & alium quemcumque , cui parcere sine periculo tuo non potes , offendere , rebusque privare natura legibusque concessum est. L. 3. ff. de Just. & Jur. l. 3. C. ad L. Corn. de sic. cum similibus. Bart. & Dd. in d. l. 3. aliūg. loc. ibid. citat. Multo igitur magis licet cogere eos , qui annonam abundantiorem habent, ut tollerabili pretio vendant, ne subditi fame pereant. Praesertim cum ad hoc ipsum, ut vendant egentibus, ii, qui habent abundantius , charitatis vinculo sint adstricti, adeo ut denegantes homicidae reputentur, quod innumeris sacrarum litterarum testimonii, adeoque etiam ratione naturali est perspicuum, facit l. 4. ff. de lib. agnosc. add. Schneid. ad §. fin. Inst. de Emt. Vend. n. 8. tibi statuit : quod quando quis exposuit rem venalem, tunc invitus quidem possit cogi , vendere justo pretio taxato a Judice, verum insimul distinguit : Aut quis exposuit res venales, & tunc si sunt victuales ad communem usum hominum necessariae, ut carnes, frumenta, & similes, & cogitur justo pre-

B 3

tio

tio taxato vendere. Si vero sunt aliae res, ut gemmae, vestes pretiosae: tunc regulariter quis compelli non potest, ut certo prelio vendat, cum quilibet in re sua sit moderator & arbiter. *L. 21. C. mandati.* Aut quis non exponit rem venalem, tunc nulla existente necessitate, etiam si sint res vietiales, tamen non potest cogi vendere eas. Sed quando subest necessitas, tunc si habet abundantiam rerum vietualium, possit a Magistratu compelli, ut justo prelio eas vendat, add. Bald. *in l. 1. C. de Episc. Audient.* ubi ait, quod tamen aliquis non cogatur tempore caristiae vendere frumenta, quando ipse pro se & familia sua sustentanda opus habet, quia ordinata charitas incipit a se ipso *l. 6. C. de servit. & aqu.*

§. IX.

Sic porro non rarum est, quod Edictis publicis civibus vel incolis injungatur, ut si forsan vini, cerevisiae, carnis, panis, lupuli, frumenti vel alterius cuiuscunq[ue] rei ad vietum necessariae inopia oboriatur, frumentum, cerevisiam, lupulum, vinum, non forensibus aut extra-neis, sed civibus & oppidanis justo pretio vendant; quae ipsa Edicta, quod Jure subsistant, & aequitati maximè consentanea sint, dubium non est. *L. 2. de Nundin. l. un. C. ut nemini liceat in emt. spec. se excus. l. 1. ibique Bachov. C. de Metall. L. 11.* Hancque sententiam communem & receptissimam esse testatur Vivius *in commun. opin. verb. vendere rem &c.* & in verbis: *Statutum prohibens &c. Covarruv. Resolut. Lib. 3. Tom. 2. cap. 14. n. 6.* confer. Roland. à Valle *Consil. 80. n. 15. part. 3.* ubi statuit: Rusticos & agricultores compelli posse, ut ad civitatem veniant & frumentum bonis conditionibus vendant, *L. 6. ff. de extraord. Crim. Bach. ad c. 1. X. de Emt. Vend. Petr. Surd. Tract. de Aliment. Tit. 4. privil. 94. num. 4.* conf. Bartol. *ad l. 6. ff. de Extr. Crim.* ubi statuit, quod etiam nobilis habens an-

nonam

nam, possit tali tempore invititus compelli ad vendendum,
& jussus à superiore, si non obtemperaverit, puniri. arg.
cap. si quis propter necessitatem. X. de furtis. per quem textum
Doctores concludunt: Quod licet indigentibus non
competat actio contra divites ad victualia communican-
da, possint tamen implorare officium Judicis, ut eos com-
pellat ad vendendum & communicandum pro justo pre-
tio. Cumque etiam verbo vietus contineantur vestes &
habitatio. l. 43. ff. de Verb. Sign. idcirco Bald. in l. 1. C. de
Episc. audient. recte infert, quod Magistratus superior
etiam possit certum & justum pretium statuere mercato-
ribus vendentibus pannum, & hospitia taxare, ut ultra
pensionem à Magistratu statutam, Locatores non possint
exigere à Conduktoribus. vid. Abb. ad c. 1. X. de furt.
ubi testatur, hoc Paduae factum esse. Wittebergae quo-
que per aliquot Viros à Rectore Universitatis & Magi-
stratu civium ad hoc deputatos, pensiones habitationum
Anno 1540. taxatas fuisse testatur Schneidew. ad §. ult.
Inst. de Emt. Vend. n. 9.

§. X.

Praeterea hic notandum, quod & extra necessita-
tem Magistrati liceat statuere, ne divites ultra certam
quantitatem, & mensuram emant, quod & alii tantò faci-
lius & commodius frumenta, aliaque ad usum vitae ne-
cessaria emere possint, sicuti in Civitatibus & Rebus publi-
cis bene constitutis fieri viderimus. Ita decidit Ang. §. 4.
Inst. de donat. Salicet. ad l. 1. C. de Episc. Audient. Quae deci-
sio maxime procedit contra Dardanarios, Propolas, Pan-
tapolas, germ. die Borkäuffer / Aufkäuffer / Korn / Juden /
Stadt-Wölfe / qui quotidie, ut annona carior fiat, ad pri-
vatum lucrum, in perniciem subditorum contrahunt.
l. 6. ff. de Extra. Crim. l. 2. ff. ad L. Jul. de Annon. & ingentem
copiam frumentorum coemunt, eaque donec carius ven-
di

di possint, detinent. Hocce enim genus hominum, quia omnipotentis Dei benignitati illudunt, & cum publico damno ditescunt, aboleri, eorumque immoderata lucrificiendi cupido, gravius coerceri debet. *Can. non satis. dist. 86. Men. de Arbitr. Jud. quæst. eas. 389. lib. 2. cent. 4. per tot.* Quibus associantur & illi, qui in foro pretium plus aequo offerunt, ut vel aliis merces praeripiunt, vel carius alii emere cogantur, nam & in crimen stellionatus hujusmodi homines incidere notat Angel. *s. fin. Inst. de Act. & Schneidew. s. fin. n. 11. I. de Emt. Vend.*

§ XL.

Huic communissimae & receptissimae ex solidissimis urgentissimisque argumentis & rationibus suffultaes sententiae non obstat, quod nemo invitus cogendus sit, rem certo pretio vendere vel emere. *I. 11. C. de Contr. Emt. l. 16. C. de Jure delib. l. 11. C. de Locat. l. 9. ff. de act. rer. amot. l. 9. C. de Judaeis.* Invitus enim rem suam distrahere nemo cogitur, sine causa scilicet justa & probabili. At si probabilis & justa causa fuerit, utilitasve publica exegerit ad vendendam rem suam justo & definito pretio quisque compelli poterit. *arg. l. 2. ff. de nund. Petr. Aug. Morla in empator. Jur. utr. part. 1. tit. 9. quæst. 1. n. 4.* Deinde etsi regulariter unicuique permissum sit, quasvis res suas, quanto quanto possit pretio distrahere: ita ut Magistratus in venditione rerum certum definire pretium nequeat: attamen regula isthaec officium suum perdit in frumento, vino, carne cacterisque rebus ad viatum quotidianum summopere necessariis, in quibus certum justumque pretium, quod venditores egredi non possunt, Magistratus definire & potest & debet: Ratio differentiae cuiilibet in promptu est: quoniam virtualium usus, cum ad vitae sustentationem maximè pertineat, aliis rebus magis est necessarius: & proinde Reip. plurimum

num interest, ut vietualia singula, justo certoque pre-
cio vendantur. Praeterea nullum nostrae decisioni peri-
culum creat, l. fin. §. 1. ff. ad L. Jul. de ann. ubi scriptum
est: non esse Ordini cujusque civitatis pretium grani,
quod invehitur, statuere. Nam licet in hac l. jus statuen-
di certum justumque pretium grani vel frumenti, dene-
gari videatur. Decurioribus civitatum: cum eorum po-
testas & officium non adeo amplum sit, ut ad hanc etiam
vietualium curam pertineat: interim tamen ex aliis legi-
bus supra memoratis patescit, praefecto urbi aliquique
majoribus Magistratibus competere potestatem consti-
tuendi pretia certa & justa in rebus, ad quotidianum
victum necessariis vendendis. Denique nihil adversa-
tur, l. 16. §. 4. ff. de Minor. ubi dicitur in pretio emtionis
& venditionis naturaliter dicere contrahentibus se cir-
cumvenire. Etenim eo demum casu, quo certum ju-
stumque pretium à Magistratu non est constitutum, con-
trahentibus in pretio se circumvenire sicut: dummodo
haec circumventio absque dolo & fraude fiat. Ceterum
ubi Magistratus publica autoritate certum justumque vi-
etualium venalium pretium constituit, minimè contra-
hentibus, pretium istud egrediendo circumventionem
inducere permittitur. Quamobrem merito concluden-
dum est: Quod in frumento, vino, ceterisque vietua-
libus distracthendis certum & justum pretium Magistratus
definire & constituere poslit & debeat.

§. XII.

Hactenus de Justitia pretii legalis sive civilis: sequitur
nunc Justitia pretii vulgaris, sive ejus, quod seclusa lege
humana, ex rebus ipsis consurgit, & non ex unius cu-
riosâ levitate, sed communī hominū, tam prudentum
quam aliorum aestimatione constituitur, nach den gewöhn-
lichen / und gemeinen Anschlag. In qua consideratur non
tam

C

tam intrinseca rerum perfectio, (perfectiores enim sunt
 mures, muscae, pulices & pediculi, quoad perfectio-
 niem suam physicam substantialem tanquam animatae,
 quam inanimatae, & tamen nihil aestimantur) quam util-
 itas in ordine ad usus humanos. Ad hoc igitur pretium
 vulgare quod attinet, melioris perspicuitatis causa, di-
 stinguendum erit inter res mobiles & immobiles, & quae
 his aequiparantur res incorporeales. Quod si igitur quaes-
 tio est de rebus mobilibus, earum pretium vulgare illud
 est, quanti res vendi potest homini scienti conditionem
 ejus, sc: quanti vendi potest communiter & in univer-
 sum in loco publico, l. 13. §. ult. ff. de mort. caus. donat.
 Brunnem. in l. 4. ff. de Condit. furtiv. n. 7. Et in l. 63. §. 1.
 ff. ad L. Falcid. n. 2. Et si in foro publico ejusmodi res
 vendi non consueverunt, inspiciatur, quanti vendi pos-
 sunt in eo loco, vel ea regione. Cæpol. tract. de simulat.
 Contr. præsumt. 2. n. 59. Et si in foro vel in illo loco di-
 versis pretiis venderentur, media via est eligenda. Cæpol.
 d. l. n. 59. Ita tamen ut attendatur, quanti res pluribus
 diebus, non uni duntaxat, nec una die vel uno momen-
 to vendi possit. l. 63. in fin. ff. ad L. Falcid. Et quanti
 communiter vendi potest à non existente in egestate nec
 in aliqua necessitate, vel levitate, nec in aliqua nimia affe-
 ctione, commoditate. Caep. c. l. n. 58. & quidem tempore
 contractus, non unico duntaxat die contractus, sed
 quanti vendi potest illa die, & ante & post, per multos
 dies, & quidem in loco publico, non quanti domi in
 propriis aedibus vel à singulis personis, vid. Brunnem.
 ad l. 63. §. 1. ff. ad L. Falcid. & ad l. 12. C. de Erogat. milit. ann.
 n. 1. ubi dicit, quod quantum frumentum, vel aliae res
 mobiles venales valent, nunquam debeat inspici, nisi in
 loco publici fori, & quantum ibi vendi potest, & ideo si
 potest vendi multo plus, vel multo minus extra forum,
 non

¶ 19. ¶

non debeamus illum locum inspicere, sed aestimationem semper considerare secundum locum publici fori, prout etiam respici debet locus publici fori, ubi res venditur, non pretium loci, de quo est vendens. Brunn. cit. loc.

Z 86

Quodsi vero quaestio occurrat de rebus immobilibus, tunc via proxima deveniendi ad eorum justum pretium est subhaftatio. Quoniam ubi legalis subhaftationis est servata solennitas, non potest quis conqueri de iniustitia & deceptione pretii, sed res tanti esse dicitur, quanti publicè vendi potest. *I. i. §. 15. ff. ad SCt. Trebell. I. 18. §. 3. ff. de mort. caus. donat.* justumque pretium, non ex privata alicujus affectione nec utilitate singulorum, sed communi hominum opinione aestimandum est. *I. 33. ff. ad L. Aquil. I. 63. ff. ad L. Falcid.* Ex communī autem opinione justum pretium melius sciri non potest, quam quod publicè facta venditione constitutum reperitur. *I. 5. §. 4. ff. de Aut. Tutor.* nec ulla de justo pretio probabilior testatio est, quam si testis eam dicti sui rationem afferat, quod si res publice vendita fuisset, tanti vendi potuisset, ut ita testificetur non de sua sed communī opinione. Anton. Faber. *in suo Cod. Lib. 4. Tit. de resc. vend. def. 4. n. 7.* Dubitant quidem aliqui, an ex subhaftatione justum pretium elici possit, præprimis quia rei aestimatio saepius a licitoribus minuitur, & quia effluxo subhaftationis tempore, si alius non plus obtulit, sequitur adjudicatio, et iam verum & justum rei pretium haud proabetur. Unde etiam ob periculum læsionis, subhaftatione etiam factâ, admittitur remedium, *I. 2. C. de resc. vendit.* si vel fraus aut singularis ambitio & gratia intervenerit, vel si manifeste enormis laesio apparuerit Carpzov. *P. 2. C. 34. def. 14.* Struv. *S. J. C. Ex. 23. th. 90.* Quae rescissio permittenda non foret, si ex tali venditione justum pretium firmiter

colligi posset. Verum enim vero, quicquid sit, ob usum commerciorum ac utilitatem publicam, quo creditoribus ex rebus ita distractis cito satis fieri possit, tale pretium praesumptione Juris, pro justo ac communi habetur, donec aliud probetur, licet ea quandoque revera talis non sit.

§. XIV.

Quod si vero bona immobilia sint ejus qualitatis, ut subhaftari non possint, vel subhaftata non inveniant emtorem, ob tergiversationem forte debitorum, qui dollo faciunt, ne reperiatur, vel etiam licitatores ipsi per se sint nimis delicati, nec offerant justum pretium, Matth. Coler. de Process. Execut. p. 3. c. 9. n. 114. tunc judex ex officio de justo rerum immobilium pretio se informare, easque aestimare, aut si ipse aestimationi vacare nequit, tunc peritos & juratos in arte assumere, & per eos justum pretium exquirere debet. Coler. c. l. n. 15. Hi vero rerum circumstantias & qualitates probe & diligenter considerare debent, quoniam modica probabilitas valorem variat, & verum & justum rei pretium suggerit, Joh. Nider. Tract. de Contract. Mercat. cap. 2. n. 13. Cravett. Conf. 45. n. 9. L. 1. In genere autem aestimatur rei aliquius immobilis justum pretium, ex redditum seu fructuum quantitate, & ipsius mercis seu rei qualitate, l. 16. C. deref. vend. l. 13. ubi dicitur, quod res tantum valeat, quantum de fructibus respondet ff. de reb. eor. qui sub Tut. l. 92. ibi: ex cesso pretio secundum reddituum. ff. de Legat. 1. Fabian. de Monte de emt. vend. quaeſt. 8. pr. n. 25. Quod & Aristoteles innuit Lib. 5. Eth. 7. dum scribit: Non ab ipsa natura rei, sed ab usu earum aequalitatem desumi, quamnumimus mediatur. Conf. Covarruv. Lib. 2. variar. Refolut. 3. num. 4.

§. XV. Quod

Quod autem quantitatem fructuum attinet, Doctores communiter, si super redditibus & fructibus annuis, in locis nullae sint speciales Consuetudines, vulgo gemeine Lands Anschläge / pretium fundi justum statuant, quo usque cumulus eorundem viginti annorum spatio ascendet, seu quod representatio simultanea fructuum tot annorum ex fundo perceptibilium justum pretium constitut, per Nov. 7. c. 3. §. 2. & Auth. Perpetua C. de SS. Eccles. ibique Dd. Menoch. Lib. 3. Praesumpt. 122. n. 51. Hocque satis aequum esse videtur, ex quo redditus tot annorum viginti scil. ufris quincuncibus h. e. ubi in singula centena annuatim solvantur quinque, respondent & adæquantur, ac producunt integrum capitale, centum videlicet florenorum, prout recte docet Molini, in suo Abaco usq. Tract. de Commer. pr. Ast cum quantitas fructuum & reddituum cuiusque anni, qui ex praedio vel fundo percipiuntur, non semper sit certa, multoque minus uniformis, dum uno anno proveniunt ubiores fructus, quam in alio, uno anno grex ovium valde multiplicetur atque augetur, alio anno forte venit lues, quae serpendo diu totum corrumpit ovile. Item uno anno metallifodinae sint fructiferae, alio plane steriles. Quod idem dicendum venit de fructibus Jurisdictionis, beneficiorum, pratorum, piscinarum, venationum & similiū; cum & mulætae pecuniariae, decimae, vestigalia, tributa, laudemia singulis annis varient & incerta sint, unde & instabiles steigend und fallend vulgo appellantur. Quibus accedit, quod & aestimatio sive pretium eorundem non semper idem, sed pro temporum varietate, modo majus modo minus sit; ideoque impossibile ferè videatur, quod ex quantitate reddituum & fructuum unius anni possit fieri certa computatio integralis

Justi pretii rerum & reddituum. Idcirco huic difficultati
expediendae quoad redditus ipsos recte statuunt Dd.
quod ex quantitate fructuum unius anni computa-
tio integralis justi pretii non constituantur, sed plurimum
annorum simul coniunctorum requiratur, adeo ut uber-
tate unius anni sterilitas ceterorum compensetur. arg.
l. 15. s. 4. ff. Locati. l. 8. C. Eodem. Coler. de Process. Execut.
p. 3. c. 9. n. 148. & 149.

s. XVI.

Haec computatio autem ex libris rationum optime
desumi potest, & quidem, si exinde proventus hujus-
modi viginti vel plurimum annorum haberi potest, com-
putatio tantò rectius fieri poterit; sin minus sufficiunt
rationes duodecim, vel quoque interdum pauciorum
annorum. Sic itaque in locis nostrae Germaniae, quan-
do de aestimatione & pretio justo rerum immobilium
agitatur, tunc annui redditus in certa pecunia, item in certa
mensura vel pondere consistentes separatim ponuntur,
incerti autem steigende und fallende Nutzungen ita colligun-
tur, ut ex libris rationum, continentibus videlicet accep-
pta & expensa per duodecim, item plures & pauciores
annos, redigatur in unam summam quantitas omnium
fructuum incertorum & variabilium de toto illo tempo-
re, ultra sumptus & expensas in rebus factas residuorum,
& summa ita redacta ex annis, quorum habentur Regi-
stra, dividatur deinceps per duodecim, & eum nume-
rum annorum, super quot annis libri rationum fuerint
examinati vel exhibiti, quodque inde provenit, conju-
nitur postea certis & invariabilibus redditibus, omnibus
tamen aestimatis in pecunia pro communi sc. pretio, ita
ut singuli annui redditus de quinque aestimentur in &
pro centenis. Coler. c. tract. p. 3. d. c. 9. n. 153. Quod
si autem hujusmodi libri rationum haberi nequeant, uti
plerum-

plerumque apud privatos, de quorum praediis taxandis agitur, contingit; tunc aestimatores (quos ipsos juratos esse oportet de bene & legaliter exercendo officium suum circa mensurationem) se informare debent de quantitate annuorum fructuum praedii taxandi per Depositiones testium, maximè qui confinia praedia habent, & vel à partibus, vel à Judice ex officio nominantur, quia præsumuntur habere notitiam bonitatis intrinsecae fundi, facta collatione eorum agrorum ad fructus, quos ex suis praediis annuatim percipiunt, uti eleganter annotavit Panormit. in cap. cauda. X. de Test. Coler. d. l. n. 136.

libri 1. boni p. ch. 1. XVII.

Hi igitur taxatores post inspectionem fundi, habita inter se collatione & deliberatione, de justo rei pretio, quod ipsi credunt, debent facere relationem; ubi tamen sufficit eosdem super pretio saltem præsumtive concludere, eo tamen attento, quod (cum aestimatio rerum non comprehendatur sensu corporeo, sed iudicio intellectus) etiam testium depositio debeat constare per depositionem scientiae actui congruentem. Deponent itaque testes aut etiam aestimatores in materia nostra, de valore fundi per rationem scientiae, quod ipsimet similes fundos tanti ambitus in illis locis fitos tanti vendiderint, item quod tot fructus quotannis inde percipientur, sicut & ipsi ex suis fundis ejusdem magnitudinis ibidem tot fructus collegerint, & quod fructus communiter pro tanto pretio vendi & distrahi soleant. Debent enim rationes, quae hic à testibus exiguntur, esse concludentes, neque sufficiunt irrelevantes, v. g. si dicant rem tanti valoris esse, quia ipsi, si licuissent, tantum dedissent. Videtur enim vel ex affectione loqui, vel habere respectum ad suas privatas utilitates, aut saltem ignorare fundorum naturam. Pretia vero rerum, uti supra dictum, neque

ex

ex affectione singulorum, neque ex utilitate eorundem, sed ex communi hominum aestimatione constituuntur. l. 64. pr. ff. ad L. Falcid. & quanti entorem reperiunt. Unde justum rei pretium illud esse traditur, quod ex communi provinciae alicujus usu taxatum & definitum fuerit, & quod communiter daret emitor, qui perfecte novit qualitatem & conditiones praedii, secus si ignoraret, Covarruv. l. 3. var. resolut. cap. 10. n. 2.

¶ XVIII.

Tandem hic in genere notandum, quod cum fructuum & redditum illorum ita indagatorum certa aestimatio ineunda sit, ut ad Capitale aliquod, secundum quod pretii praedii vendibilis constituendum est, perveniatur, in illo non sit respectus habendus ad tempus caristiae, ubi fruges sunt in magno pretio, vel ad tempus laudabilis fertilitatis, ubi proflus in exiguo valore sunt, nec uti ab uno vel altero, qui illas sub finem anni, vel usque ad sequentem, caristiae causa, conservare solet, vendi possint. Hac enim ratione pretia praediorum minimum quantum excrescunt, sed vel tunc si fieri potest, varietas pretii à lapsu viginti aut plurim pauciorumque annorum pro re nata indaganda, & in sumnam, ut supra de ipsa frugum perceptione dictum est, inquirendum vel potius ad taxas communies provinciae, auf die gemeine Anschlage / deren man sich in Erbkaussen zu gebrauchen pfleget / attendendum sit, sicuti eleganter per exempla ostendit Coler. c. l.

¶ XIX.

Hucusque egimus de fructuum quantitate, proximum nunc est, ut agamus, de rei vendibilis qualitate, & aliis circumstantiis, quae in causa sunt, ut pretium modo majus modo minus constituendum, & dehinc iterum probe attendendae veniunt. Est autem haec qualitas

itas vel intrinseca, & rei per naturam, aut etiam per hominum impositionem primordialem quasi cohaerens; vel extrinseca, illi contingenter accedens. Quoad priorem sc. quantitatem intrinsecam, varia sunt consideranda, & quidem, cum pretia praediorum, secundum varietatem & diversitatem regionum quam maximè varient, in primis inspiciendus est situs rei, qui si sit bonus ad feren-
dos fructus, pretium sine dubio magis; sin sterilis vel peri-
culosus v. g. fluminum extundationibus, aut hostium
incursionibus obnoxius, sine dubio minus constituitur,
arg. l. 7. §. 7. l. 53. ff. de Haered. petit. Pinell. in l. 2. C. de
Resc. Vend. p. 3. c. ult. num. 22. Koepen. quast. 44. n. 27.
Item consideranda est qualitas boni aut mali vicini. Si-
quidem dubium non est, augeri pretium rei sitae penes
bonum & commodum vicinum, & econtra minui pro-
pter malum vicinum. arg. l. 35. §. 5. ibique Gothofred.
lit. S. ff. de contrah. emt. vend. Gail. lib. 2. obs. 69. n. 20. Hinc
Themistocles, referente Plutarcho in ejus vita, olim, cum
distraheret aedes, per praecomenem edici jussit: aedibus,
quas auctioni subjiceret, bonum vicinum esse; & M.
Port. Cato non immerito malum vicinum pestem esse
dixit, de cuius incommodis vid. Columell. Lib. 1. de reb.
rust. cap. 3. & Erasm. in Proverbis. Aliquod malum pro-
pter vicinum malum &c. conf. Marc. Mantuan. sing. 7.
n. 3. Porro adhanc qualitatem pertinet rei libertas, quod
scil. non habeat annexa onera, si enim fundus vel praec-
diuum nulla vel pauca aut parva habeat onera, longe plu-
ris venit, quam ubi illa subsunt: onera siquidem aggra-
vavit rem, & inde partem pretii constituant, l. 79. ff. de
C. E. V. l. 6. §. fin. ff. de serv. expor. Hinc est, quod bona
allodialia semper sint majoris pretii quam feudalia, quae
sunt concessa ob servitia domini. Coler. d. l. n. 123. Item

D

quam

quam bona emphytevica, quae itidem multis oneribus sunt obnoxia, Caepoll. de simul. contract. in 3. Cas. princ. prae sumpt. 2. n. 61. sub fin. unde & res retro venditioni ex pacto subjecta, minoris est pretii, quia nemo est, qui non cupiat habere potius rem irrevocabiliter suam, quam revocabiliter, Menoch. 3. de prae sumpt. 122. n. 9. Pinell. in 1. 2. C. de rescin. vend. p. 3. c. ult. n. 19. sub fin.

§. XX.

Vidimus hucusque de intrinseca rerum qualitate: ordinis ratio jam nos dicit, ut nonnulla differamus etiam de rerum qualitate extrinseca; quae est vel vera vel putativa. Ad veram referri potest vitium litigii etiam saltem imminenter, quod enim res litigiosa longe minoris veniat, quam non litigiosa, tradunt communiter Dd. Corvaruv. Lib. 2. var. resol. c. 3. n. 4. Coler. c. 1. n. 125. Idem est, si non pure sed sub conditione, vel si saltem eartim nudae possessiones sine proprietate fuerint venditae. arg. 1. 21. §. 2. ff. quod met. caus. l. 3. §. f. ff. uti possid. Quibus omnibus casibus res minori pretio aestimandas esse, ipsa naturalis dictitat ratio, tum propter incertitudinem aequalium fructuum & proventuum percipientium, tum quod emitor re emta continuo & secure neque uti, neque ad alium transferre possit Frantz. Lib. 3. Ref. 2. n. 43.

§. XXI.

Putativam qualitatem extrinsecam Doctores dicunt praefumptionem pretiositatem, quam Emptores pro ratione status sui varie considerare solent, vel propter rerum vendendarum, & emendarum raritates, ornatus, antiquitates, singulares voluptates aut quaslibet alias similes circumstantias. Hinc quotidie videmus, quod saepius alicujus gemmæ ad ornatum tantum utilis, longe majus pre-

pretium sit, quan*ti* ingentis copiae frumenti, vini, carnium,
equorum, aliarumque rerum, quarum usus ex natura rei,
hominibus utilior meliorque esse potest. Sic quoque acci-
pitris ad aucupium bene assueti, canis ad venationem apti,
majus esse solet pretium apud nobiles & venatores, re-
bus aliis majorem utilitatem humanae vitae praestantibus.
Sic apud rei equestris studiosos, plus aestimatur equus
generosus, quam alius ad agriculturam aptus, qui pluris
aestimatur ab agricola. Sic Musici instrumenta musica
plus aestimant, quam alias res, majorem utilitatem vitae
humanae praestantes. De Japonensis fertur, quod illi
propter antiquitatis amorem magni aestiment res ferreas,
testaceas & vetustate curiosas, quae apud nos nullius fe-
re sunt pretii. Aethiopes quoque jocalia longe pluris ae-
stimare feruntur ipso auro, cujus copia apud ipsos pepe-
rit contemptum. Nos vero, de naturali auri praestantia
melius edocti aliter sentimus. Ex his ergo exemplis pa-
tescit, quod harum rerum pretium pro fundamento ha-
beat, non tam praestantiam rei, quam generalem seu
communem hominum affectionem & beneplacitum,
quibus vel ad minus, vel ad majus pretium saepius in-
ducuntur. Ziegler. *dissert. de Mokarr. th. 38.* Ac propterea
excusantur, qui pretiosa parvi emunt, in illis locis in qui-
bus passim & communiter parvi emuntur.

§. XXII.

Denique notandum, quod etiam justi pretii consti-
tutio varietur, per modum venditioni adjectum, ita sc.
ut minus sit, si res praesenti pecunia; majus vero, si ad
certos terminos solvendum vendita sit. Hinc Mercato-
res qui in nundinis merces carius vendunt, pretio ad
certum diem solvendo, quam si statim id numeraretur,

D 2

haud

hanc damnandos esse recte statuit Covarruy. lib. 2. resol.
 3. n. 6. quia dum in priori casu, venditor, qui praeceps
 cogi potest ad tradendum, re venditâ & pretio interim
 carere cogitur, inde non iniquum, ut dilatio illa solu-
 tionis pretii & carentia rei superpondio quodam quasi
 pensetur. Quod tamen posteriori casu fecus est, ubi
 venditor pecunia solutâ & numeratâ statim pro sua ne-
 cessitate aut commoditate, quâ motus vendidit, uti po-
 test: Hinc etiam est, quod in jure is, qui citius solvit,
 plus solvere dicatur, & qui tardius, minus §. 34. Inſt. de
 Action. Item quod alias dies pars pretii putetur: arg. l. 1.
 ff. de Edendo. conf. l. 66. ff. ad L. Falcid. l. 71. §. 4. l. 88.
 §. ult. ff. eod. Quam assertio nem tunc maximè procedere
 statuunt Ddres, quando Venditores merces suas non di-
 stracturi, sed in aliud tempus, quo plus valere possint,
 fervaturi essent. arg. cap. fin. de Usur. Praeterea &
 aliae circumstantiae faciunt, ad varietatem justi pretii, &
 quidem vel ad augendum sterilitas vel multitudo emtorum
 plus uno quam alio tempore concurrentium, vel nimia
 indigentia rei, ut equi & arma tempore bellorum, nam
 quae rara, cara; vel major pecuniae copia. Quemad-
 modum etiam ad minuendum pretium faciunt inopia &
 paucitas emtorum, item copia & abundantia mercium,
 maximè si illae emtoribus fuerint oblatae, unde dicitur,
 ultraneas merces, quales sunt, quibus emtores quaerunt-
 tur, vilescere pro tertia parte, Molin. de J. & J. Disp. 353.
 n. 8. Hinc si res à proxenetiis, praeconibus, aut mulieri-
 bus certis, quae in multis locis (ut hinc quoque) Jus ven-
 dendendi habent, venduntur, & in universum, ubi vendito-
 res emtores quaerunt, res minoris aestimantur, quam
 quando ex manibus mercatorum comparantur: & licet
 ita emuntur, modo vilitas non sit prorsus extraordina-
 ria

ria, sed ad commune pretium in illo modo consuetum proportionata; Tum quia peccatum non est exspectare tempus, quo res venalis exponatur, ut vilius ematur, tum quia, dum eo modo venduntur res, censetur subesse defectus emitorum, quo supposito res, uti jam dictum, communiter vilescere solent & inde nec ita, ut à mercatoribus alias fieri consuevit, taxari possint. Coyaruv. lib. 2. resolut. 3. n. 5. conf. Molin. de J. & J. Diff. 348. pag. 392. Ubi & vilius pretium excusabile esse tradit, si a studiose vel alio aliquo abituro libri vel alia mobilia minoris emuntur. vid. Bonacin. Diff. 26. Sect. 4. n. 45. 100.

§. XXIII.

Denique ad finem properantes, coronidis loco, hoc quasi in summa adhuc addimus: quod, cum ob has hucusque recensitas, & alias diversas hujusmodi circumstantias, itemque varias hominum opiniones plerumque ignoremus, quantus sit rerum valor justus, mathematicus, & quod pretium practice sit justum, quibusdam probabiliter v. g. 90. aliis 95. aliis 100. constituentibus; eapropter Doctores latitudinem justi pretii vulgaris, intra quam Justitia non violetur, admittant, illudque triplex esse statuant; nimimum sumnum, medium, & infimum, den höchsten Mittel und geringsten Anschlag Molin. c. tr. diff. 347. n. 4. Bonacin. c. 1. quest. 2. part. 4. n. 1. Legislatores Romani, ne Res publica ex litium multitudine aliquid detrimenti caperet. l. f. pr. ff. pro Soc. non sine causa & ratione majorem latitudinem permiserunt. Etenim hi scuti propter corruptam hominum naturam, non de omnibus actibus omnium & singularum virtutum prouidere, ita nec omnia vitia in materia Justitiae, circa quam maximè occupati fuerunt, vindicare potuerunt: cavere enim omnia vitia, non est omnium nec multo-

rum, sed perfectorum. Fr. Suarez. lib. 3. de Legibus. cap. 12. n. 11. Sic itaque, licet in emitionibus venditionibus, exactissimam istam Arithmeticacae proportionis symmetriam exercere, sibi proposuerint; verendum tamen erat, ne dum vitium unum vitare vellet, in contrarium currerent, longeque gravioribus malis Reipublicae florentem statum implicarent. Arumaeus diff. 1. ad L. 2. C. de Resc. Vend. in f. praesertim cum rerum, uti supra dictum, certa & constans aestimatio dari nequeat, sed subinde diversis temporibus locisque & ex affectione quoque contrahentium variare soleat. Satis itaque putaverunt Legislatores civiles, nec minimam laesionem attendere, nec summam permettere, sed intra medium confistere h. e. circumventionem infra dimidium naturaliter factam tollerare. l. 2. C. dn Resc. Vend. Notanter dictum est tollerare, non praecipere, nec invitare, sed injustam aestimationem, cuiusque conscientiae (cujus stimuli exterioribus animadversionibus & diuturniores & graviores esse solent) relinquere, uti recte observavit Frantz. ad tit. ff. C. E. V. n. 248. Atque haec pro instituti ratione levi penicillo delineasse, sufficiat.

S. D. G.



Wirt

Wird gleich die ganze Welt um blosses Geld verschenkt;
So lässt die Ewigkeit doch sich nicht dafür verkauffen:
Man muss nach ihrem Ziel in ihren Schranken lauffen,
Wie sich ein muntres Röß nach seinen Palmern lenkt.
Wer nun die Ewigkeit hat / den wird sie selbst zu Lohn/
Du hast / Gehrter Freund ! derselben Werth erfahren/
Da deine Lust sich schon und ihre Früchte paaren/
Da sie dich jeho küst als ihren werthen Sohn.
Die Ehre folget Dir schon auf dem Rosse nach:
Die Pallas lässt sich in deinem Zimmer finden,
Die Themis wird Dir bald die schönsten Kränze binden/
So wird der Ewigkeit Lohn an Dir gar tausendfach.

Dieses wollte zur schuldigen Gratulation aus ergeben
nem Gemüe dem Herrn AUCTORI RESPON-
DENTI befezen

Caspar Heinrich MUSAEUS, Kiloniensis, LL.C. Opponens.

Wer sich den Rechten ganz mit rechten Ernst ergeben/
Der hat was herliches zu seinem Zweck erwählt :
Wer sich die Themis lässt stets vor den Augen schweben/
Der wird mit guten Recht den Klugheit zugezehlt.
Du mein geliebter Freund ! hast dir gar wohl erwogen/
Und auf die Rechte nur Dein scharfes Aug gericht.
Die Lieb zur Weisheit hat Dein muntres Herz gezogen/
Dass Du Dich ihr mit Lust zu eign gar verpflicht.
Du bist bey Morgen-Licht und auch bey Nacht gesessen ;
Deswegen hast Du es warhaftig weis gebracht.
Du hast vor Fleiss auch oft des süßen Schlafes vergessen/
Und in der stillen Nacht mit Munterkeit gewacht.
Fahr nur so fort / Du wirst ganz glücklich absolviren :
Auf saure Mühe folgt ein herlich - grosser Lohn.
Das Vatterland wird Dich mit Lorbeer - Kränzen zieren ;
Wie köstlich wird dann seyn die wohl verdiente Kron.

Mit diesen wenigen wollte dem Herrn AUCTORI
RESPONDENTI wegen des herlichen Speciminis
seines Fleisses gratuliren Dessen ergebenster
Freund

JOH. ERNESTUS BERNEGGER, J. U. St. Opponens.

Wo

Po die Gerechtigkeit ihr Siegel nicht aufdrücket /
Da ist der Zugend Glanz dem blassen Monde gleich /
Der Seegen wird zum Fluch / das Gut wird hingerückt /
Wenn Themis Scepter nicht beschützt ihr Königreich.
Num da / Herz Panzer / heut auf den Catheder lehret
Wie die Gerechtigkeit regier das Erden-Rund;
So wird durch Dessen Fleiss die Zugend hoch geehret:
Und der gelehrten Welt Sein werther Nahme kund.

Dieses wollte dem Herrn Autori, seinem wertb.
geschätzten Lands-Mann und Freunde zu
Ehren, glückwünscgend mit beyfagen

Georg Leonhard Meinel /
SS. Theol. Stud.

Tu quoque cōscendis Cathedram, Doctissime PANZER,
Atque duas dotes , ingeniumque probas?
Gratulor ex animo , & vota hæc calidissima fundo :
Adspiret coeptis Numen ubique Tuis.
Perge, Tuis porro Studiis extendere famam,
Sic Tuus in quavis sœcula vivet honor.

Ita Nobilissimo , Doctissimoque DN. AUTORI
RESPONDENTI , Musa exigua , mente in-
tegerrima de pereximio bocce prolato erudi-
tionis Specimine gratulatur

JOHANNES LUDOVICUS CHRISTIANUS LEUTWEIN,
Hohenloico-Waldenburgensis, Med. Stud.



ULB Halle
005 361 168

3



G. 5.6 num. 38.
7. 7. 1718, 5
7

DISSE^TATI^O JVRIDICA
DE
JVSTITIA PRETII,
QVAM
PRAESIDE
DOMINO JOH. GEORGIO
FICHTNERO,
JC TO,
ILLVSTRIS REIPVBL. NORIC. CONSILIARIO,
PANDECT. PROF. PVBL. NEC NON FACVLT.
JVRID. H. T. DECANO,
DN. PATRONO ET PRAECEPTORE SVO
AETATEM DEVENERANDO,
IN
ORDINE CIRCVLARI
AD D. DECEMBR. A. R. S. c1718
PVBLICAE DISQVISITIONI
SVBICIT
AVTOR RESPONSVRS
FRANCISCVS BERNHARDVS Panzer/
SVLZBACO-PALATINVS.

ALTDORFII NORIC.
LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERI.

